



6793

Valascus de Taranta [Balescon de Tarente]. TRACTATUS DE EPIDEMIA ET PESTE. s. l., a. et typ. nom. [Basileae, Martin Flach, circa 1474]. Black letter; 14 unnumb. leaves; 32 lines. Folio. Vellum, nearly uncut.

Hain 15244. *Brit. Mus.* III, p. 741. *Ostler, Inc. med.* 52. *Klebs-Sudhoff, Pestschriften*, 120. — Incunabulum of the utmost rarity and one of the first books ever published on the Plague.

Klebs, pp. 159-167 gives a detailed description of the book and particulars on the author who is generally considered a Portuguese and Physician to King Charles VI of France. According to *Klebs* however all this is not confirmed. What is sure, is, that he was from about 1480 professor at the University of Montpellier. — *Garrison-Morton* N° 4374, citing an edition without printer's place & date and saying printed at Strasbourg [Argenterati] by Flach about 1470, declares it to be « One of the earliest printed medical books » but Flach began printing at Strasbourg only in 1477 and therefore it is impossible that the edition mentioned by *Garrison* was printed in 1470. It may be instead that it is really identical to our edition printed in Basle about 1474.

Valascus was one of the most famous physicians of his time and his treatise on the Plague, written about 1420, is one of the most important and was often reprinted in the 15th cent. — « In France the Portuguese Valascus de Taranta, a leading teacher and practitioner at Montpellier, wrote a famous tract on pest and a therapeutic *Philonium*... » [Garrison].

A splendid, nearly uncut copy of this very remarkable early edition, all initial letters painted in red.

N° 1

Balescon de Tarente
ou Valascus de Taranta

Nain 15244

Incipit tractatus de epidimia et peste
domini valasti de tarenta: artius et me
dicine doctoris excellentissimi plog?

Remeditans peccellam humani generis morbis
epidimialibus continue illatam: in honorez dei
et virginis gloriose. et ne candela sub modio re
condatur: decreui salubria remedia inserere libello que
plegentibus et secundum illum operantibus: aliqualem
ymmo cum dei auxilio morborum epidimialium perfectam
afferet securitatem. Et quod refert seneca Optimum est alio
rum vestigia sequi. ideo in meis paruis non confidens
viribus destinavi tallos imitari sapientum actorum. Lecto
rem huius libelli humili atque veredo erozans vultu ut be
nedicta eius gratia et amore recipiat non inuidiosa rabie
corrodendo. Et si que sint minus bene relata illa cum cari
tate et dilectione benignae tractet interpretando et ad me
liorem reducat intellectum.

Capitulum primum qualiter et a quibus causis et quo te
pore causetur epidimia.

Capitulum secundum. de signis pronosticis et ostensis
uis epidimie.

Capitulum tertium. de preservatione ab epidimia per
aeris correctionem et recessum a loco in quo est.

Capitulum quartum. de preservatione ab epidimia per
euacuationem.

Capitulum quintum. de preservatione ab epidimia cum
cibus et potibus.

Capitulum sextum. de conseruatione exercitij in epidimia.

Capitulum septimum. de conseruatione somni et vigi
lie in epidimia.

Capitulum octauum. de conseruatione accidentium aie
et coitus in epidimia.



Capitulum nonum • in quo reponuntur remedia rationalia: quibus si quis utatur preseruabitur ab epidimia cum dei adiutorio •

Capitulum decimum • qualiter succurrendum sit cum actu egrotant.

Capitulum undecimum • qualiter sit succurrendum habita consideratione ad apostema pestilentielle •

Capitulum duodecimum • de dicta in epidimia •

Capitulum primum • qualiter et a quibus causis et quo tempore causetur epidimia •

Quod vidimus testamur: et quod testamur verum est. Cum nullus in libris scribere queat nisi qui vidit et a prioribus didicit vel illa que in ratione stant. Dico ergo quod epidimia venit aliquando in tempore calido ut in estate vel autumpni principio • propter quod auicenna fen. secunda primi. doctrina secunda. summa prima. capitulo nono dicit. quod pestilentia et aeris putrefactio secundum plurimum venit in postremo estatis et autumpno. Unde ypoeras In autumpno acutissime egritudines fiunt et maxime mortifere: ut in pluribus. ver vero sanissimus et minus mortiferum. tertio amphorum ampho decimo. Idem dicit Rasis quarto ad almansorem. capitulo de mortalitate et cautela eius. Et ratio quare tunc magis venit est. quia aer est tunc magis paratus ad recipiendum malum

dispositionem. et corpora tunc sunt magis parata pro
pter debilitatem caloris factam per resolutionem et p
consequens propter indigestionem cum debilitas di
gestionis sequatur debilitatem caloris naturalis et p
pter comestionem fructuum. Et uidi sepius q̄ tunc ma
gis moriebantur homines bene complexionati et san
guinei et colerici: et hoc propter magnam resolutionē
que in eis fiebat. Et illi citius periclitantur quorum hu
mores sunt subtiliores et habentes raritatem pororum
spiritus resoluuntur in eis cum calore naturali. Et er
go in eis magna resolutio: ad quam sequitur debilitas.
Et licet istis prius accidat epidimia / quia paratiores
sunt: tamen contagiosus est morbus: et sic alios cuiuscū
q̄ complexionis sint / potest inficere: cum ab eis fumi
mali et venenosi aerem et humores corrumpentes pro
cedant. Et aer expiratus ab eis est iam corruptus: et
corrumpit circumstantem aerem ab eis expiratum vel
corruptum et alios inspirantes eum. Ex isto sequit̄
manifeste. q̄ assistentes debent auertere faciem suam
ab eis versus ignem vel versus fenestram vel portam /
ut non attrahant aerem ab eis expiratum et corruptū
Secundo sequitur. q̄ infecta dispositione egri / bonuz
esset si egri crebro mutarent: non solum lectum / ymmo
cameram et domum / ut attraherent aerem nouum non
tantum infectum / sicut est ille ubi starent semper.
Etiam locus non debet esse stric̄us sed spatiosus et
aer eius semper alteratus ad partem frigiditatis. Epi
dimia etiā quandoq̄ venit in fine autumpni. ut si estas
fuerit multum pluuiosa: vel per multum tempus sufflat
ventus australis. et autumpnus qui de natura sua de
bet esse frigidus et siccus / efficiatur calidus et siccus. ut
diu sufflat ventus subsolan⁹ siue orientalis quod idē est

vel calidus & humidus pre nimia continuatione vento-
rum meridionalium cum turbulenta aeris & eius spissi-
tudine & nubium multitudine: tunc merito venit pesti-
lencia maxime si cum istis fuerit mala vel maligna influ-
entia. ut cum saturnus est in domo sua scilicet in capri-
cornio & aquario: prout modo est quia nunc. xxv. octo-
bris anni millesimi quatercentesimi primi quando iste tra-
ctatus fuit compilatus saturnus erat in duodecimo gra-
du capricorni. & similiter in scorpione in domo sua ad
eundem diem qui operatur malignitatez & perfitunt
malitias suas: sicut quilibet facit voluntatez suam in do-
mo sua. prout alibi melius est videre. Ideo quando
ista concordant deterior fit epidimia. Propter quod
dicebat Auiacen. in quarto. qd principium horum om-
nium est forme ex formis. idest influenza planetarum
& constellationes facientes esse necessarium illud cuius
eventus ignoratur. &c. & sequitur. Et oportet qd pri-
ma causa longinqua que sunt figure celestes & propin-
qua illius que sunt dispositiones terrestres. siue ergo
venti sufflent per excellentiam: siue fiant pluuie / vel mi-
mia siccitas siue frigiditas quibus mediantibus altere-
tur vel corrigatur. Causa omnium horum sunt influentie
celestes. & hoc videtur dicere Auiacen. vbi supra. Con-
stat tñ qd aliquando ex sola radice inferiori vel cadaue-
ribus non sepultis aer putrefit: & epidimia generat.
Notandū tamen. qd quantumcunq; intendat aeris cō-
plexioni in qualitatibus primis nunquam generantur
morbi pestilenciales donec putrefiat. Verūtān aliq̄
generat egritudines ex qualitatū intensione eius que
non merent dici epidimiales. Notandū etiam. qd aer
non putrefit in se ratione sui: cum sit corpus simplex s̄
ratione vaporum admixtorum quia aer nos circūdas

non est purus secundum Avicennam in secunda Fen. primi
Quando ergo putrefit aer / et incipit putrefacere hu-
morem qui a corde circumdatus est quoniam ad ipsius
propinquius accedit. ut ait princeps aboali Fen. secun-
da primi do Arina secunda summa prima capitulo primo.
et secundum hanc viam generantur epidimie et egritu-
dines pessime ut antraces carbunculi. et similia. Ali-
quando etiam venit epidimia in tempore frigido. et in
tali tempore conculcantur humores et non fiunt re-
solutiones debite malorum humorum immo retinentur
Et ista fiunt maxime in tempore sterili cum abundantia
fructuum. et sic magis infirmantur et destruuntur ho-
mines pleni et sanguinei. Unde halys de regali disposi-
tione libro primo capitulo sedecimo. Plurimum timent
aduentum pestilentialium morborum: quorum complexio
calida et humida est. et qui pueri et adulescentes quoniam
complexio calida et humida amplius his dominatur
Et subdit quare oportet eos multiplicare sanguinis mi-
nutionem. et augere usum eorum: que refrigerant et de-
sicant. Etiam repleti tali tempore consueverunt perire
frequentius et egrotare: quoniam habent poros oppila-
tos ex humoribus grossis et viscosis. Nam viscositas hu-
morum et eorum grossities et eorum superabundantia
sunt cause oppilationis. secundo tagny commento. Hu-
mide simul. etc. Et oppilatio est causa putrefactionis
et per consequens febris. tertio tagny commento. Fe-
runt enim si ita contingat ergo in eis generantur febres:
et per consequens epidimiales morbi. quia in tali tpe
raro generantur alie febres preter epidimiales. Hic
manifeste sequitur quod nimia repletio nouella debet euitari
Sequitur secundo. quod repletio nimia debet minui cum ap-
propriato laxatiuo siue fleubotomia. Sequitur tertio quod cibi

generantes grossos & viscosos humores: tali tempore debent euitari. ¶ Volo etiam te scire q̄ siue epidimia veniat in estate siue in hieme humores dissoluti in coitu abutētes citius succūbunt prop̄ vtutis eorum debilitatem. **I**sta p̄positio est constantini quinto sue theorie capitulo de coitu vbi dicit sic. **O**portet ergo sic regi in firmitatibus vt in pestilentia tēporis & corruptione aeris coitus vitetur. ¶ **N**olo etiam te ignorare q̄ tempore epidimie illi citius periclitantur / in quorum domibus sunt fetores particulares. sicut fetor latrine siue canalis vel scēne domus vbi superfluitates decurrunt sicut loc⁹ vbi ponunt vasa cū aq̄ in qua abluūt vtensilia domus: maxime si ibi aliqui vrinam frequenter deponunt: siue superflua grossiora. **E**t hoc sepissime vidi p̄ experientiam. **E**t causa istius est. quia corruptio aeris vniuersalis multiplicatur & fortificatur per particulas rem. ¶ **E**x isto sequitur q̄ domus debent esse munde & sine fetore quocunq̄. & debent fieri suffumigia ad h̄ vt aer alteretur. ideo est cautela vbi epidimiati iacēt q̄ nos videntes ipsos debemus stare prope ignem quia alterat aerem consumendo malos humores. ideo fumi generati ex bonis & mundis lignis mediante igne / nouum aerem reparant qui non nocet aspirantibus immo potius iuuat eorū confortando & a malo preseruādo / qz non est corruptus. ¶ **C**um ergo tempora epidimie sint diuersa: oportet regimen esse diuersum saltem in aliquibus rebus. **N**on em̄ idem videtur esse regimen preseruatiuum in estate ex toto: & in hieme. ideo in p̄cessu euz dei auxilio videbitur aliqualis diuersitas.

¶ Capitulū secundum. de signis pronosticis & ostentibus eius epidimie.

Pronosticabitur epidemia esse ventura: quando
predicta signa vel aliqua seu plura ex eis appa-
ruerint scilicet quando in fine estatis et in autu-
mni principio multiplicabuntur impressiones ignite et
cometa quas philosophus vocat capras saltantes hia-
tus voragine sanguinei colores stelle cadentes. tunc
enim magna fit resolutio in corporibus cum ista non
fiant nisi ab exalatione inflammabili. Secundum sig-
num est multitudo animantium aliquorum supra terras
non consuetorum. sicut ranarum. buffonum. et locusta-
rum. Tertium signum est. quando multiplicantur ven-
ti meridionales et subsolanus et nubium vaporum et plu-
uiarum apparentium multitudo sine effectu. quando ista
omnia vel aliqua ex istis apparent / complexio hie-
mis corrumpitur: et per consequens epidemia superue-
nit hiemi. Si autem ver fuerit frigidum et siccum sine
pluuia: et flauerint venti meridionales: et est turbatio
aeris et caligo eius quasi per octo dies: deinde clarifi-
catur et exinde conturbatur: et fit hoc frequenter tunc
epidemia veniet in estate et cum hoc dies calidi et nos-
tes frigide. Similiter quando estas non est calida cum
multitudine nebularum: ita quod aer non clarificatur immo
est turbidus. // Similiter quando eadem die aliquan-
do vero frigus aliquando vero estus: autumnales egrit-
tudines expectare oportet idest inequales. tertio ama-
phorismorum amphorismo quinto. // Similiter quan-
do duabus vel tribus diebus est calor / et totidem fri-
gus. // Notandum est quod quando accidit aeris putre-
factio quandoque plus leduntur existentes in bono aere
quam in malo. ut visum est frequenter de incarceratis et
captiuis in fundo turrium: et de habitantibus in valli-
bus: quam isti non moriuntur. et habitantes in bono aere

idest in loco ubi consuevit esse bonus aer in tempore quando non est epidemia tales recipiunt impressiones malas citius et moriuntur citius tempore epidemie. Unde Auen. capitulo de aere bono. Cum vero in aere accidit putrefactio communis discoopertus. tunc erit magis recipiens ipsum quam constrictus et occultus aliter autem discoopertus melior existit. Unde cum epidemia aliquando veniunt morbilli aliquando variolae aliquando obthalmie et alia huiusmodi.

Capitulum tertium. de preservatione ab epidemia per aeris correctionem et per recessum a loco in quo est.

Multo facilius succurritur in preservando imo securius quam in curando postquam actualiter egrotant: ideo de preservatione dicamus. Preservatione a pestilentia est fugere non solum locum imo etiam totam terram sicut dicit rasis et quanto longius tanto securius quia qui non est in aere corrupto et putrefacto non corrumpitur ab eo. sicut ille non moritur in populo qui non est in eo. Si autem oportet manere in loco ubi est talis pestilentia. tunc primum adiutorium sumitur ab aere domus in qua manet. Nam domus debet esse munda a quibuscumque superfluitatibus: maxime que generant fetorem longe a fumarariis / et ab aquis stantibus. et orificia latrinarum sint clausa. Quando aer est caliginosus seu nebulosus non surgat de mane. Etiam quando flat ventus australis vel subsolanus sed fiant suffumigia infra dicenda. Et quando surgit odor acetum et aquam rosatam. quod odoratum valet in tempore calido et frigido quia restringit et confortat.

cor. **N**on discurrat per villā: sed occupetur per domū
clausis hostijs & fenestris cum vitro vel cum panno in
cerato: vt lux intret & non aer putrefactus. **Q**uoniam
ergo fetor euitetur: & boni odores multiplicentur tē-
perate. **I**n estate tamen cum rebus semper frigis-
dis. & si in hieme odorēt aliqua calida vel cum eis suffu-
migetur. vt est muscus ambra: non erit error: vt dicit
Auicē. qui docet aerem alterare cum ambra thure lig-
noaloes & similibus. **S**ecundo probō q̄ ista odorifera
non nocent. quia fetores summe nocent vt visum est:
ergo aromatica & boni odores iuuabunt per regulam
Si oppositum in opposito: & p̄positum in p̄posito. **T**er-
tio. quia ista desiccant aerem quod est necessarium in pe-
stilentia que venit in hieme. **Q**uarto. quia confortāt cor
& cerebrum. **E**t si dicatur. q̄ est timendum de calefa-
ctōne cordis. &c. **R**espondeo q̄ non supercalefaciunt.
nec humores circumstantes corrumpunt a caliditate
aeris: nec etiam ab illo modico fumo vel vapore ab aro-
maticis eleuato sed potius ab aere corrupto & putres-
facto. **E**t si dicatur q̄ isti vapores calidi sunt vehicū-
lum aeris putrefacti ad cor. non est verum: quia etiam
sine istis aer putrefactus & corruptus subintrat came-
rulas cordis. quia velimus nolimus aerem attrahimus.
Restat ergo q̄ ista non nocent maxime in hieme. q̄
iste vapor ab aromaticis resolutus modicus est & fami-
liaris nature: & ex eo spiritus refocillantur. p̄ut est vi-
dere in sinecopizantibus. **P**rimo ergo fiat suffumigium
demane & maxime pro diuitibus tempore frigido cum
ambra thure lignoaloes scorasce ladano croco mastice
garioffilis & cinamomo q̄ dū ardet facit bonū odorē
Et aliquādo cū terebētina & **S**quinanto: cum oibz istis
vel aliquibz. **S**i oīa ista nō habeant. fiat cū lauendula

roze marino. iumpero cipero salina & aceto. Et ista
maxime ligna ardeant in domo vel ex eis fiat suffumi-
gium supra carbones incensos. **I**sta predicta sunt aro-
matica calida. **S**i vero fiat euz aromaticis frigidis
iuuabunt multum sanos & iam aciu egros. scilicet cum
sandalis rosis folijs salicis floribus nenufaris. & sic &
alijs. **E**t cum aceto infuso supra tegulam ardentem vel
Ferrum. **E**t etiam cum coriandro. folijs quercus. canfora.
& cum corticibus malorum granatorum tamarisco ebe-
no mirto arbustoribus. **C**um istis suffumigetur domus
& habeantur in manu & odorent sepe & semper. **E**t
camera ubi dormiunt suffumigetur etiam cum predictis
quequidem camera debet esse inter duo follaria vndiq;
clausa. vel prope terram / dummodo non sit reumatica

Camera etiam superior non habitetur. quia citius at-
tingitur ab influenza. & si aliqua spiracula vel fenestre
debent aperiri: aperiantur que sunt versus septentrionem
& que sunt ad meridiem & orientales claudantur. **S**ec-
urius tamen est qd teneantur clausa cum vitro vel pan-
no incerato. **I**n tempore autem calido vt in estate vel
autumpno ponantur circa parietes domus vel camere
rami salicis thamarisci quercus & canarum. **E**t sternas-
tur domus cum iuncis & folijs salicis vel nenufatis vel
uolarum. **E**t roretur domus cum aqua fontis aceto
& aqua rosata. **E**t fiant suffumigia cum rebus aroma-
ticis frigidis bis aut ter in nocte dieq; & stent in tali
aere. **E**tiam linteamina madefacta in aqua frigida
& aceto sint appendentia circa parietes & domos.
Et caueant a uisione & conuersatione hominum infecto-
rum a tactu. & si fiat vertatur facies & odoret acetuz.
Fiant cantaploze & vasa impleantur aq; in vase quoz

fit foramen cera obturatum: quod quidem cum paruo
stilo perforetur: et aqua exiens cadat supra pelum me
lodiam fatiendo.

**Capitulum quartum. de preservatione
ab epidimia per euacuationem.**

Non solum prouenit a causis effectiuis. vt ab in
fluentia celesti: tanquam a causa antecedente /
vel ab aere putrefacto et corrupto tanquam a cau
sa coniuncta: immo etiam confortatur hec mortifera ra
bies quando inuenit corpora repleta. Habentia etiam
in se malum regimen. Ideo secundum adiutorium est
summe necessarium: scilicet purgare humiditates super
fluas in estate et autumni principio. In iuuenibus et
colericis purgare coleram cum thamaridis et cassiafi
stula et mirabolanis citrimis cum decoctione prunorum
et similibus. In fine autem autumni et in hieme et
in repletis cum rebus que purgant grossos humores
vt sunt agaricus turbith polipodium. et similia. et hoc
fiat caute et cum mensura. et hec purgatio frigidorum
humorum non fit nisi in multum repletis et modo dic
to. Dicit halys. qd debent purgare superfluitatez ca
lidam. Videtur ergo. qvt plurimum competit purga
tio humorum calidorum. In omni autem tempore siue
calido siue frigido / valet ista receptio pillularum de mir
ra croco aloe citotriuo. Valet etiam in omni etate
parata ad purgandum et in omni complexione. Nam
sicut olla dispumatur in principio ebullitionis: ita iste
pillule purgant supflua que aggregant vsus principalia me
bra. Preseruāt etiā sāguinē a putrefcōe. Fleboto
mia etiam est necessaria immo bonum est flebotomare

adolescentes sanguineos semel in qualibet lunatione ante comestionem vel ad dragmas vel ad uncias de mediana vel epatica / aliquando de splenetica: per talem enim flebotomia cessat ebullitio sanguinis vel colere in venis vel prohibetur ne fiat talis ebullitio. Et debet fieri in parua quantitate quoniam si caderent in febre vel morbum pestilentialem quod flebotomaretur quia secundum infra dicenda et secundum doctrinam antiquorum ista particularis flebotomia debet fieri nisi aliquod particularium impediatur ut est virtus debilitas epatis paruitas. In pregnatio emorroidanum fluxus vel menstruorum.

Vnde ralis. Si autem in corpore apparet sanguinis aliqua commotio minutioni sine mora insistendum est. Et mihi videtur quod multum valet antequam cadant in egritudinem quia dicit Auen. Et debes scire quod dum iste egritudines timentur et nondum inciderint plures cure eis conceditur minutio. Auenema fen. quarta primi. capitulo. xxx.

Capitulum quintum de preseruatione ab epidemia cum cibis et potibus.

Quia malum regimen nocet conseruationi sanitatis: idcirco tertium adiutorium sumitur ex cibis et potibus / huic dispositioni congruis. Cibis ergo qui eis competunt: sint cibi leuis digestionis non faciliter corruptibiles / et putrefactioni resistentes. et non in tanta quantitate sicut in alio tempore. quia timendum est de indigestione: et per consequens de corruptione. Sed sumantur citius et frequenter: ita quod nunquam patiatur famem neque sitim. Caueant a carnibus porcum et bouis: et alium abulatum magno ut dicit haly.

Et causa est. quia generant humores grossos & sunt du-
re digestionis. Utantur gallinis perdicibus farnis
& omnibus aubus/exceptis morantibus in aquis qm
viscosos generant humores & cito corruptibiles. Ga-
pretus bonus est & caro mutonis & cuniculi iuuenis &
lepusculi qui gazel dicitur aliquando sumatur. Dia ista
sumantur cum aliqua acetositate. quia maior pars aceto-
sorum iuuat in preservatione ab epidimia. & quando ista
buluntur in aqua: debent poni intus in olla exor? ace-
tum & agresta. Et cum iam dictis carnibus potest uti
aliquibus salsamentis. ut est camelina quia ibi ponitur
acetum quod infrigidat. similiter panis torridus qui &
siccat superfluitates stomachi. ut patet de rosita panis
sumpta post cibum sine potu. et cinamomum ut dicit
Auicenna. fen. riiij. tercij. capitulo. de cura debilitatis es-
patis est contrarium putrefactioni. Similiter operatur
calli fistula in preservatione a putrefactione. Similiter
pistetur cinamomum cum acetosa & cassialignea & diste-
peretur euz aceto. Tertio sumatur acetum per se vel agre-
sta per se vel ambo mixta pro salsamento. **Raz dicit. Ha-**
lienus primo de complexionibus. qd acetum preseruat
carnes & res a putrefactione. capitulo secundo. Suc-
cus etiam limonum acetositas citri & citrangulorum.
¶ Vel potest sumi salsa viridis que comuniter fit ex pe-
trofillo & cinamomo & aceto. **¶** Dimittantur allia cepe
porri sinapis eruca. **¶** Dimittatur etiam piper. quia su-
perflue calefacit humores & corpus. **¶** Et non abs-
cultetur opinio illorum qui dicunt ista valere quia falsa
est propter causam dictam. qd generant fumositates & superca-
lesatiendo adiuuant ad ebullitionem & sanguinem adurunt ex
quo adusto generantur apolteata mortifera. **Cascus est**

vitandus • quia grossos generat fūmores. Lac et a; cū
to corrumpitur. // Omnes fructus et herbe preter pau
cos sunt vitandi maxime illi qui nascuntur et crescunt in
talibus temporibus in quibus est aer putrefactus. //
Vnde ipsū vidēt̄ participare in malitia. Vnde **Masis** Fru
ctus et olera que tali tempore nascuntur in quibus est
aer putrefactus videntur in malitia participare. et aq̄
que in superfite terre manifesta est / bibenda non est.
Si tamen aliqui fructus assumantur: sint acetosi vt po
mā acerba et illi fructus decoquantur in igne. quia ig
nis in decoctōne remouet malitiam eorum / et impressio
nem malam derelictā in eis a constellatōne et aere pu
trefacto. Sumat lactucas et portulacas cum aceto. ac
cetosa est eis optima herbaruz: cum sit frigida et sicca
et refrigerat cor et sanguinem in eius camerulis existē
tem. aliquando potest sumere petrosilium maioranaz sal
uiam et fumum terre cum boraginibus decoctas. Om
nes alie herbe dimittantur. Nam olera et fructus ha
bent huīditates aquosas putrefactibiles: ratione qua
rum humor inde generatus paratus est putrefactioni
Vnum sit debile vel lymphatum cum aqua fontis albū
aut subrubrum clarum. Caueat a nectare propter cale
factionem et ebullitionem. et a musto. Et caueat ab om
ni confectione facta cum melle. et a balneo aque calide
Sed cum aqua et aceto potest lauare manus pedes et
tibias. Utatur regimine refrigeratiuo et desiccatiuo
secunduz omnez moduz preterq̄z exercitio et coitu. //
Et hec est sententia haly in libro regali. // Caueat
etiam a rebus que excedunt in dulcedine. vt sunt vne
palle. dactili carice. mel. zuccara. et a confectionibus
que ex eis fiunt vt dictum est. nisi sint medicinales. //

Capitulum sextum . de preservatione
ab epidimia per exercitium .

Quartum adiutorium in preservatione ab epidimia sumitur ab exercitio . Unde dico q̄ preservatione in recte operando non exercitetur nisi modicum cum labor supercalefat et frequentare facit hanelitum et necessitat inspirare aerem corruptum: qui frequenter attractus alterat et corrumpit humores cordis et in spiritualibus contentos .

Fiat ergo debile exercitium in loco temperato non in sole calido . Caveat a correis . a luctatione . saltu . cursu . et ab omni actu in quo requiritur hanelitus magnus et frequens . Sed temperate comedat et bibat ne superfluitates in corpore aggregentur quas oportet per exercitium consumere et ouacuare .

Capitulum septimum . de preservatione
ab epidimia p̄ somnū et vigiliam .

Quintum adiutorium sumitur a somno et vigilia . Oportet q̄ dormiat denocte in camera bene clausa: et suffumigetur per modum predictū . Nihilis prolixus somnus non competit . q̄ humetat nimis . et nos debemus omnino declinare ad regimen exercitium preterquā ad exercitiū: vt dicit princeps abo haly . Somnus diurnus euictur maxime in hieme et tēpore calido dum sunt dies magni . Et si debet fieri fiat in loco temperato remotis calciamētis . Et fiat longe a comestione . q̄ qui post cibum illico dormiūt / illico ḡuitatē in corpore paciunt vt scribit per principem medicorum . quarto amphorismorū . comēto sexagesimo septimo . In febris ex somnis etcetera . Caveat a superfluis vigiliis . quia superflue desiccant et virtutem deiciunt .

Capitulum octauum de preseruatione per ac-
cidentia anime.

Qertum adiutorium sumitur a conseruatōe acci-
dentiū anime. **C**auet ab ira: quia ira est fers
uoz calor in corde existētis / propter fortem
motū anime. secūdo de morbo. capitulo sedo. **N**i-
miū gaudiū etiā quia calefacit propter quod iohēs ia-
cobi dicit. q̄ coitus ira et gaudiū nīmiū euent. **N**az-
cito apparet eorum mala impressio. **G**audiū temperatū
iuuat et letari in rebus honestis. **D**e coitu autē nō
facimus capitulum singulare. sed meo consilio dimitte-
das est in irime superfluis. **N**am qui tempore pestilē-
tiali abutitur coitu: cito mortali naufragio periclitat /
vt vidi frequenter. **S**i tamen consuevit coire et non te-
net regimen strictum: tunc ad euitandum coartationem
spermatis et eius corruptōnem: fiat consilio galicū p̄
tanta interualla vt in vñibus coitus nec dissolutōnē sen-
tiat et leuior seipso videatur factus. etc.

Capitulum nonum de remedijs
preseruatius ab epidimia.

Qertimum adiutorium: principalis et meli⁹ su-
mit ab illis rebus quibus si aliquis erinde bo-
no regimine vtat liberabitur ab epidimia euz
dei adiutorio. **P**rimuz ergo remedium est vti pillulis
quas ponit **R**ahis et **A**uicē. **R**aloes cicotrim partes
ij. croci orientalis mirre ana. partem. j. **S**umat om-
ni die quasi. 3. s. vel. 3. j. **I**ste pillule non sinunt hu-
mores nec corpus putrefieri: et per cōsequens nō sinūt
apostemata perniciosa generari. **N**am mirra secun-
dum **H**alienum et **A**uicē. et algafaqui et quasi secun-
dum omnes antiquos prohibet putrefactionem. **E**t
dicit **A**uicenna. q̄ patet experimento quia ipsa retinet

corpa mortuorum & conseruat ea ab alteratōne & febre.
Et per istā viā preseruat quia cōseruat corp⁹ vbi
intrat in suo esse. Secundo etiā ponitur mirra in ista
medicina. quia quando sumit⁹ in maiori quantitate q̄
sit. 3. s. purgat humiditates crudas. secundū Auiē.
Secundo ponitur ibi aloē. quia habet magnam aprie-
tatem ad stomachum & purgat superfluitates colericas
que sunt in stomacho. & purgat intestina a fecibus. idō
valet & preseruat a putrefactōne. Tertio ibi ponit⁹
crocus. quem cōstat ex relatione omniū peritorū ma-
gistrorum esse cordiale: ideo valet. Secundo valet ex
alio. quia dicit Auiē. auctoritate Alcāzi. q̄ croc⁹ nū-
q̄ alterat humores sed cōseruat eos & cōfortat intesti-
na. Tertio idem dicit Haliēnus. q̄ crocus reparat hu-
mores putridos & nihil mutat de humoribus: sed eos
cōseruat qualiter. Quarto valet. quia secundū cōstan-
tinū in p̄tegni facit penetrare medicinam in qua po-
nitur ad remota loca & ad cor. Sequitur ergo per-
rationem & doctrinam precedentium q̄ hec medicina
est optima. Etiam cōsilio meo melius est q̄ sumat⁹ in pil-
lulis. quia non est tantū odibilis ori. quia sicut mel est
vltimum dulcium sic aloē est vltimum amarorū. Se-
cundo quia siue detur in magna quantitate ad laxādū
siue in p̄ua q̄ntitate ad p̄seruādū diut⁹ in corpore p̄manet
& p̄sequēs v̄t⁹ p̄seruās a putrefactōe diut⁹ remanet.
Ego autem non immerito adhibeo eis fidem magnam
quomā non vidi aliquem periclitari qui eis vteretur in
sex vel septem epidimys: quas cum dei auxilio euasi.
Secundum remedium est Haliēni principis medi-
corum qui dicit q̄ bolus armenicus cum aceto bibit⁹
huic dispositōni est cōueniens. Et iste potus valet p̄-
pter tria. Primo quia infrigidat cor & humores / &

Facit eos stare sine ebullitione. sicut si aqua frigida super
fundatur olle bullienti cessat ebullitio. vel si ante ebulli-
tione paulatim ponatur: nunquam bulliet et extinguit ca-
lorem. ¶ Valet secundo. quia constringit vias et me-
tus cordis et aliorum membrorum principalium: ut fu-
mus eleuatus non ad ea attingat: nec aer exterior corru-
ptus attingat eorum et alteret. ¶ Valet tertio. quia consu-
mit humiditates cordis vicinas et eas exsiccat. Si tam-
en haberet pectus debile siue tussim remoueatur acetum et
ponatur vinum. ¶ Tertium remedium est sumere 8 ty-
riaca ad quantitatem auellane bis in septimana. et quia
calefacit multum / sumatur cum aqua rosata vel acetose
¶ Nam tyriaca corroborat et confortat eorum ipsum de-
fendendo a veneno: et hoc facit a tota specie siue proprie-
tate. ¶ Ideo Auicenna testatur. quod ille qui usus fuerit ty-
riaca ante infectionem: non morietur epidemia imo eua-
det ab ea. Et in quarto canonis. Et de illis quibus ab
ea scilicet epidemia fit euasio: est administratio tyriace et
metridati ante eam cum bono regimine. ¶ Quartum re-
medium est sumere metridatum per modum predictum
seu cum succo limonum vel citranguli. quia ista contrari-
antur veneno. ¶ Quintum remedium est magistri iohannis
iacobi. quod qui sumeret unum bolum acetose demane / et
alium in vespere raro in pestilentia pateretur. et hoc in se
ipso probauit. ¶ Sextum remedium est quod omni die su-
matur bis de puluere tormentille cum aqua acetose vel
buglosse mellisse vel scabiose: vel per se sine aqua. vel ra-
dis per se masticetur et comedatur. quia defendit eorum a
veneno et a fumis venenosis per suam proprietatem: et siccat
sine calefactione. ¶ Septimum remedium est sumere omni
die de semine citranguli et de semine limonum quasi .3. f.
cum syrupo acetoso vel cum syrupo de ribes. vel cum aqua

aliqua de supra dictis. Magister iohannes iacobi quē
ego vidi testatur q̄ semen citri et radix tormentille et
tyriaca obtinent principatum. ¶ **D**ecimum remediū
est sumere bis in die capaxer cum aceto conditas: et h̄
secundum Auen. ¶ **N**onum remediū quod conue-
nit omnibus alijs remedijs et a nullo alio sepatur reme-
dio est frequenter in die lauare manus cum aceto et aq̄
rosata vel cum aceto solo. et pannus siue spongia in eo
madedactus in manu portetur et odoretur. ¶ **D**ecimū
remediū est hoc quod. Reci. uiolarum florum nenufa-
ris ros. ru. ana. ʒ. ij. omnium sandalorum ana. ʒ. ij. cā-
fore. scrupulum. ij. misceant̄ et conualescent̄ et ponan-
tur in syndone et odorent̄. Et si tempus esset frigiduz
addat̄ lignialoes. ʒ. ij. ¶ **N**ota etiam q̄ aqua rosata
sumpta vel odorata frequenter valet quia refrigerat et
confortat cor et spiritualia membra. ¶ **V**ndecimū re-
mediū est sumere de lapide bezaraico. quia valet cōtra
venenum cum aliqua ex aquis iam dictis. ¶ Et non no-
ceret si cornu vnicornis mergeret̄ in istis aquis quādo
sumunt̄. quia defendit cor a veneno et a fumis vene-
nolis. ¶ **D**uodecimū remediū est. si quolibet mane et
sero capiat̄ vnus bolus sequentis electuarij. et desuper
bibat̄ modicum aque acetose cum paucō aceto. ¶ **R**
boli armenici. ʒ. vi. cinamomi electi. ʒ. ij. zuccari libram
ij. fundatur zuc carum cum aqua rosata ve acetose. valz
multum. ¶ **T**redecimum remediū est facere fleboto-
miam semel in mensē cum bono regimine cibi et potus
et aliorum. etc.

Capitulū decimū. q̄lit̄ sit succurrendū cū actū egrotāt.

Niam actualiter aliqui egrotent: deus subueni-
at eis cum sua inextinguibili medicina. Et nos
faciamus ea que in ratōne stant et ab actoribz

precipiuntur. ¶ Febris autem pestilentialis sic cog-
noscitur. Calor enim aliquando est debilis et remissus ex-
terius: Et si sint pingues: non videntur habere calorem
exterius interius autem est fortis. ¶ Et videtur eis quod
ardent interius. Et assunt signa febris acute scilicet sic-
citas oris et lingue et sitis fortis et difficultas haneli-
tus. dolor precordiorum circa cor aliquando in ancha
aliquando in stomaco. aliquando in pectore. et sic de alijs.
¶ Adest fetor urine egestionum et sudoris et om-
nium egredientium a corpore et hanelitus. Si ergo ad-
est febris sine apostemate primo fiat modica fleboto-
mia de basilica. dico modicam ut possit maior fieri flebo-
tomia si apostema apparuerit. et in frigidetur cor ex om-
ni modo in frigidationis. Sternatur domus cum iun-
co salice et folijs canne lactuce portulace. et similibus.
Rozetur domus cum aqua frigida et aceto. Et semper
odore acetum camforam aquam rosatam vel pomum su-
pradictum. ¶ Si est constipatus fiat cliscere lenitiuum
quod. Recipe malue bifmalue mercurialis sicle braces.
ursine ana. ℞. j. ordei non excocti cantabri ana. p.
j. fiat decoctio in qua dissoluantur cassie fistule mundate.
thamarindorum ana. vnciaz. j. electuarium de succo ros.
z. iii. olei violati. vntias. ii. salis comunis. z. iii. fiat clis-
cere. Vel apponatur de yerapigra et benedicta si habeat
dolorem in renibus vel anchis prout videbitur operanti.
Et semper confortetur cor cum epithimate et cordialibus
infrigidantibus. ¶ Si autem fuerit predicta febris cum
apostemate siue sit bubo vel antrax siue carbunculus fi-
at flebotomia de eadem parte. Et si apostema sit sub as-
cellis fiat flebotomia de basilica eiusdem partis. Si in collo de
cefalica eiusdem partis. Sed in hac febre demerit ab eua-
cuatione cum flebotomia nisi aliquod particulare impediatur. ut est
virtutis debilitas / vel imperfectio etatis. et cetera.

Et immediate debet vti confortatiuis cordis
Aliqui volunt q̄ detur medicina laxatiua. que si det̄
sit multum debilis sicut est cassia fistula manna thama =
rindi viole pruna reubarbarum. et similia. **N**on detur
fortis medicina quia si materia calida mala corrupta et
furiosa dirigeretur ad intestina: causaret fluxum ven =
tris et mortem. **E**t quia ista egritudo est subita et ma =
teria inquieta: ideo subito remedia debemus adhibere
et multa. quoniam si vnum non prodest singula multa
iuuabunt. **N**ec in tali egritudine expectetur materie
digestio sed euacuetur materia furiosa. **E**go autem
non multum vtor euacuatione nisi flebotomia sed ma =
gis alteratiuis et confortatiuis. **I**sta autem fleboto =
mia fiat moderata vsq; ad quinq; vel sex vntias vel ma =
gis vel minus secundum q̄ videbitur operanti. quia sa =
guis reconditur p̄ thesauro nature: put dicit **A**uicē.
Primo ergo fiat talis potus. **R** aque acetose libra. **B**
aque endiuie. aque rosarum. aque portulacae. ana quar =
tum. **i.** succi malorum granatorum mazorum vel aciu
vntias. **iiij.** panis zuceri libram. **i.** canfore. **z.** **iiij.** fiat ius =
lep. **S**i non habes succuz maloruz granatoru loco eius
potest poni acetum. **A**qua acetose pomit̄ quia infri =
gidat et confortat. **A**qua endiuie refrigerat epar.
Aqua portulacae refrigerat stomachum. **A**qua ros.
confortat cor et refrigerat. zucarum redditur frigidum
propter omnia alia et cum hoc nutrit. **C**anfora
infrigidat et cum hoc preseruat a putrefactione. ideo
talis potus competit. **D**etur secundo sirupus de
ribes. sirupus acetosus. sirupus rosaceus. sirupus nenu =
faris. **T**ertio detur aqua acetose cum succo mali gra =
nati vel cum aceto. **V**el fiat quarto talis sirupus. **R**ecip̄
succu buglosse. succu pomorum rubeorum siue dulcium

purgatorum. ana^l quartum .j. succi acetose. libiani .ʒ.
aque rosate quartum .j. succi citri vel loco eius succi li-
monis vntia .j. ꝛ. ʒ. Florum nenufaris oim sandalorum
cafore ana .ʒ. ʒ. aceti albi. vntias .ij. panis zuccari. libra
j. fiat sirupus. Succus buglosse confortat ꝛ mundifi-
cat cor. Quinto possunt dari lac acetosum ꝛ seru capri-
num si magnam sitim habeant. ¶ Det^r aqua frigida
Fontina quantū vno haustu possit trahere quia infrigi-
dat multum. Et non detur in parua quantitate quia in-
flamaret. vt patet de fabro rozante carbones cū aq̄
ꝛ sic aqua in parua quantitate est causa maioris inflam-
mationis. Tyriaca non detur postq̄ actu egrotāt. qz
nimis est calida ꝛ auget febrem. Nisi detur in parua
quantitate cum succo limonum vel acetositate citri ꝛ si-
milibus vel cum aqua acetose vel ros. in qua modicum
canfore dissoluat^r. ¶ Det^r cordialia frigida. ¶ Det^r
etiam electuariū supradictū sine spetiebus. ¶ Vel fiat ta-
le electuariū. ꝛ. pulueris triasandali. pulueris diadra-
ganganri fri. pulueris diapapaueris ana. ʒ. ij. cōserue
buglosse. cōserue ros. ana vnti. ʒ. seminis acetose. se-
minis citri vel limonis ana. ʒ. j. pānorum auri octo. pa-
nis zuccari lib. .j. fiat mixtura ad modum zuccari ros.
Possunt addi limatura auri ꝛ argenti perle safirus ia-
cintus smaragdus os de corde cerui rasura eboris co-
ralli albi ꝛ rubei. been ꝛ similia cordialia. Et quia cor
seper debet defendi ꝛ confortari intus ꝛ extra prout
dicit princeps aboali in quarto canonis. pmo capitu.
Antiquissimi antiquorum. ꝛ. ideo fiat tale epithia ad
extra vt defendatur quia magis iuuabitur cor qz aliud
membrum. Recipe. aque acetose lib. ʒ. aque ros. aque
endiuie. aque mellisse ana quartuz. j. oim sandalorū. ros
rubeorum. florum nenufaris. seminis lactuce. seminis

papaueris . ana vnti . s . acetii albi fortissimi quartum . i .
miscantur et fiat epithia . ponatur supra regionem cordis
actu frigidum . Et quando fuerit supercalefactus remo-
ueatur et aliud superponatur . Etiam ponatur inter apo-
stema et regionem cordis prope apostema tyriaca . Bo-
num autem esset si daretur eis trosciscus vnus de cafoza
cum aliquo de supradictis potibus .

**Capitulum vndecimum . qualiter succurrendum est
habita consideratione ad apostema .**

Nilatenus cordis confortatio negligenda est :
immo premittenda intus et extra . Primo er-
go consideretur apostema : et si inueniatur rube-
um vel citrinum bonum est . Et si cito incipit crescere cum
sua rubedine vel citrinitate bonum erit . Si autem apos-
stema sit nigrum vel ad nigredinem decliue : nullus ex
eo euadet . Et quia ista apostemata sunt perniciosa
propter conuersionem materie eorum ad venenosam substā-
tiam necessario membrum corrumpit et eius substantiam
alterat et colorem eius : et addit qualitatem malam et in-
ficentem per arterias ad cor . vt ponit Auicenna . Fen-
tertia quarti . ideo super apostema debemus ponere attrahē-
tia et poros aperientia . Primo ergo fiat embrocatio
cum decoctione camomille et aneti . et spongia ibi made-
facta calida desuper apponatur . et hoc fiat frequenter .
Secundo gallus viuus osculetur apostema cum culo eius
et culus eius applicetur apostemati donec moriatur sine
copizando super culum eius . Tertio limacie viue desu-
per ponantur . Quarto ponantur super apostema san-
guisuge viue . Deinde ponatur ventosa primo . Deinde
descarificetur locus apostemosus : et iterum ponatur
ventosa vt sanguis exeat : et fumi venenosi exinde ac-
cedentes retrocedant . Nunquam autem ponatur repulsiva

quia iuuarent Fumum venenosum ire ad cor. **N**ec vn-
ctiosa vt axungie & similia saltem in principio: qz clau-
derent poros. ideo errant qui superponunt oleum ro-
satum & acetum & oleum onfacinum & bolum armeni-
cum & similia. **L**oco tamen defensionis possunt po-
ni inter regionem cordis & apostema vt clauderent po-
ros / & non permitterent fumos venenosos venire ad
cor. **S**exto fiat tale emplastrum secunduz Aui-
cen. **R**ecip. capilli veneris recentis atriplicis volubilis mi-
noris radicū eiusci ana. **M. j.** bulliatur in aqua & vi-
no per medium vsqz ad consumptionem pistentur Forti-
ter & addatur mellis quod sufficit fiat emplastrum ad-
dendo gummi pini puluerizati. vntia. **j.** **A**liud empla-
strum. **R**ecip. caricarum pinguiū passularum mundata-
rum. ana. vntias. **ij.** salis mtri. **z. iij.** mellis vntia. **j.** olei
camomille quod sufficit. fiat emplastrum. **A**liud em-
plastrum. **R**ecip. fermentum acre & fortiter pistetur &
incorporatur cum succo scabiose. **A**liud. **R**ecip. vi-
tellum oui & incorporatur cum succo scabiose & sale.
Ista emplastra debent fieri in apostemate quod nō rū-
pitur in principio sicut est antrax. **H**ic est notandum
qz voluntas auicen. & consilium meum est qz perforet
apostema anteqz fiat biuium in venenositate. ideo vult
qz in quarta die aperiatur cum rasorio vel flebotomo.
Ego autem aliquando feci aperiri ista apostemata & ni-
hil exibat nisi modicum de sanguine. **I**n secunda visita-
tōe exibat vir? . postea sanies. **N**ō ḡ expectet pfcā ma-
turatio imo cito pfozet. **E**t p? aptionē ponat. **S**up em-
plastrū pti maturatiuū & pti mudificatiuū. **A**liqz aut ex-
trahūt totalit? apostea capiēdo cū forpicibz & icidēdo
qd n̄ approbo ppter magnū dolorē ibi causatū a quo vtu-
tes prosternūtur. **S**edō ppter fluxū nimium sanguis ideo

securior est modus predictus. Si autem fiat vesica vel carbunculus vel ignis perlicus vel etiam antrax cum minimo dolore et modico tumore et cum nigredine et combustione et cito exemplatur pomum siue malum granatum acetosum decoquatur sub calimo vel in aceto et pistetur fortiter et de supra ponatur. Secundo vitellum oui crudum cum sale facit bene pro isto casu et ante alterationem et post. ¶ Item bruneta per se valz multum. Aliqui tamē pistant ipsam inter duos lapides. ¶ Itē stabiosa valet multum per modū predictum. ¶ Post ista dimittantur restauratoribus vt incarnentur. ¶ Ad uertendū q̄ iste egritudines sunt ita perniciose q̄ medici vt plurimum decipiuntur. ¶ Nam vident bonam ypostasim in vrina et alia bona signa: et tamen infirmus moritur. ¶ Cuius ratio est quia materia est multuz venenosa et odibilis nature: et ideo natura dimittit eam et non audet ipsam inuadere sed potius se conuertit ad cibum et potum faciendo bonam digestionem et ypostasim in vrina: et sic pereunt patientes. ¶ Secundo queritur quare aliqui moriuntur: et aliqui non. Dico q̄ considerando inferiorem radicem aliqua corpora sunt magis disposita ad recipiendum talem corruptionem: vt sunt corpora sanguinea et corpora puerorum. Agētis enim actio est in patiente bene disposito. sedm aristotile. quantū em̄ ad radicem superiorem quia ista influētia magis respicit vnū q̄z aliū. vt saturnus cibus obest p̄ter q̄z suis scolaribus et hoibus sue cōplexionis q̄bus nō nocet et sūt multi. Tertio q̄rit̄ q̄re magis in vno loco q̄z in alio. p̄ iā dicta potes respōdere q̄ vna et eadē influētia diuini respicit vnū locū q̄z aliū. Quarto q̄rit̄ q̄re sanguine spuētes citi⁹ moriunt̄ et alios ifitiunt magis. Rō est quia illud sputū sanguis est propter apostema ruptum.

quod est prope cor. et quia magis est prope cor: ideo magis et citius interficit. ¶ Quarto queritur quare ista materia venenosa magis inuadit cor quam cetera membra. Dico quod hoc facit a tota proprietate. quia venenum a virtute specifica petit cor. Vel dicendum quod isti fumi venenosi inuadunt omnia membra: sed citius leditur cor quia magis passibile et indignioris nature. Dieta istorum est sicut dieta febricitantium acuta febre. deest tamen eis cibus quem appetunt licet sit parum deterior. et sumatur de eo parua quantitas sed frequenter ut infra dicitur

Capitulum duodecimum. de

dieta in epidimia.

Ste autem egritudines sunt tantum permittose quod spiritus cordis et corporis magis resoluntur et dissoluntur quam in aliqua alia febre. et ideo nos indigemus regimine regeneratio spirituum. ¶ Secundo indigemus mundificatione eorum per expulsionem eorum. Tertio indigemus refrigeratione ratione febris. ¶ Spiritus autem regenerantur cum bonis cibis facili digestionis. ¶ Mundificatio spirituum fit eorum cordialibus predictis. ¶ Infrigidatio febris fit per modum predictum in cura et per cibos refrigerantes. Primus cibus est quod coquatur pulla vel pullus plenus acetosa agresta et portulaca cum croco et deest brodium et fiat colaticium. Secundo detur ordeatum et auenatum cum lacte amigdalorum. et de pulla potest comedere extremitates cum succo limonis citranguli vel agresta. Tertio dentur parue aues bullite vel toste cum acetosa. Et confortetur aliquando cum bonis cibis: licet aliquando sint contrarij et ut confortetur. Nam multi illorum qui agunt viriliter super illud id est supra restorationem casus appetunt et comedunt violentius absoluunt et viuunt. Verba sunt aui. quarto cano. cap. pro

Dentur poma pira et citonia eoz et sub prunis . et simi
lia . possunt dari pedes mutonis cum aceto . Si vinum def
sit clarum subtile odoriferum cum multa aqua fortissima ad hoc ut
per ipsum restauret appetitus . ¶ Dicit magister bernar
dus . quod si epidemici in vna die se licet prima pessint su
stinere flebotomia et discere et sudore euadunt . Ma c
himent ergo cibi diuersi in quibus aliquiter infirmus de
lectetur ut ipse sit tante obedientie quod vi vel gratis sumat
de illis . et cibi eorum semper tendant ad acetositatem . ¶
¶ Ille fabricator planetarum et constellationum et influ
entiarum . et qui ventis et mari imperat : et cui omnia obe
diunt : absque mora conseruet nos a malitia aeris et influen
tie : ut post longa tempora bono fine vitam terminemus .

¶ Finit huius . ¶ Deo gratias . . .

Basileae, Mart. Flacq, ca. 1474.

TC

14 April
R. J.

20256

Handwritten text in Cyrillic script, likely a library or collection name, oriented vertically on the left side of the cover.

Handwritten text in Cyrillic script, likely a library or collection name, oriented vertically on the right side of the cover.



Handwritten text in Cyrillic script, possibly a date or a specific identifier, located in the bottom left corner.

Handwritten text in Cyrillic script, possibly a date or a specific identifier, located in the bottom right area.

Wulsticus. De Impia. Basil. ca. 1474.